

in dicto districtu Frysones libertare possit et nichilominus militari prerogativa decorare, in hiis tamen salvo iure dominorum aliorum. (6) Insuper concedemus eidem comiti, quod inter opida Novinagium et Arnshem seu Renum et Walum flumina intermedia fossatum quod vulgariter dic appellatur pro transeuncium hinc et inde via desiccanda facere et fodere possit et a deducentibus vecturas suas intermedias ibidem theloneum seu pedagium recipere possit iure hereditario et perpetuo, prout temporaliter a domino Henrico imperatore premortuo eidem concessum erat¹. (7) Item quod in Lobbede² aliaque thelonea sua que tenet et habet, si necesse fuerit, ad alia loca infra terram suam transponere et tribus opidis suis, videlicet Wansheim³ supra Mosam, Reynansburch quondam dictum Eyscheren et Hurtz-vort, libertates opidorum donare et concedere possit, eidem comiti concedemus. Preter hec societatem ab ipso comite in loco seu opido dicto Insula Dei⁴ institutam et factam provide ad honorem Dei ratificabimus et confirmabimus pro stabilitate perpetua societatis memorate. (8) Et si commode et absque preiudicio iuris nostri fieri poterit, in eodem loco Insula Dei volumus coronari, quodque ibidem corona et lancea cum imperialibus insignibus reponantur⁵. (9) De expensis dicti comitis, quociens in expeditionem nostram venerit, sic inter nos et ipsum est concordatum, quod pro octo diebus, dum mille armatos militum et famulorum habuerit, dabimus sibi pro singulis octo diebus mille marcas argenti, si pauciores habuerit, pro rata defalcabitur, si plures habuerit, ad dictum archiepiscopi Coloniensis et ipsius comitis superaddemus, hoc salvo quod quocienscumque dictum comitem predicta occasione in expeditionem nostram vocaverimus, tenebimur sibi ante cuiuslibet evocationis terminum ex integro satisfacere de mille marcis argenti pro septimana et sic deinceps pro septimana

1) Urk. 1310 Sept. 19, Böhmer, Reg. Heinrichs 324. 2) Lobith in Gelderland. 3) Wanssum an der Maas. Die beiden anderen Orte habe ich nicht ermitteln können. Eine Anfrage in Arnhem war ergebnislos. Vgl. unten in n. XLIV. 4) Doch vermuthlich Wageningen, das erst 1312 Dec. 4 unter dem Namen Godswaard, Insula Dei super Veluam von Reinald Stadtverfassung erhielt. So etwas ist sicher unter 'societas' verstanden. Siehe Nyhoff, Gedenkwaardigheden I, 140. In Betracht kämen noch Zütphen, das 1312 Nov. 11 maior civitas nostra de Ynsula Dei genannt wird (ebenda 137), und Roermond, das 1312 Dec. 4 Insula Dei super Mosam heisst (ebenda 139). Aber beide Orte dienen als Vorbild für die Verleihung von Stadtfreiheiten, haben sie also schon längere Zeit besessen. 5) Vgl. F. Frensdorff in Nachrichten von der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften, philol.-histor. Klasse 1897 S. 55 Anm. 5.